

Cœne, non facta expressa mentione hæresis. Idem ait Corduba summus, quædam edicere, in fine, quando hæresis est occul-

12 Quare dicendum existimo, hos omnes si revera hæretici non sint, & tenentes libros tradant eos Inquisitoribus, possit abolvi semel in vita, & semel in mortis articulo, à confessoribus vitæ Bullæ Cruciatæ concedatis casus Cœnæ, & similiter vitæ jubilei utroque casus concedentis.

13 Id tamen verum est, sub concessione generali casuum Pontifici reservatorum, non comprehendi hunc, nec alios Bullæ Cœnæ. Quia cum in ea specialissime reserventur, speciali expressione indigent, exprimendo casus Cœnæ, ut bene docent Hugolinus de censuris, tabula 1. c. 10. §. 4. n. 8. Similiter 5. tom. in 3. p. dispensatione 21. sectione 3. num. 3.

CAPUT XIII.

De absolute hæretici ratione periculi, sive articuli mortis, ac impedimenti adevendi Pontificem.

SUMMARIUM.

An articulus, & periculum mortis pro eodem accipiuntur quo ad jusse effectum, & quando contingant? n. 1. An idem sit de periculo incendiandi in amentiam? n. 2. An quis sit periculum esse prope, nec vitari posse? n. 3. An damnati ad vitæ, & pregnantes abjuncti possint instar constitutorum in periculo mortis? n. 4. An in mortis articulo possit absolvi quisvis sacerdos, quantumvis præcisus, degradatus, & hæreticus? n. 5. An id possit simplex sacerdos, quamvis adit parochus, aut superior? Refertur opinio, n. 6. An idem sit non esse copiam legitimi confessorii, & esse, sed enim non posse, aut nolle: debeatque sacerdos simplex circa hoc nimis insistere, nec in dubio absolvi? n. 8. An in hoc casu, & ceteris Pontificiis reservatis, nequeat parochus absolvi, si est recursus ad Episcopum? n. 9. An possit simplex sacerdos, si adit approbatus, sive in illa, sive in altera diocesi? n. 10. An si approbatus sit excommunicatus, vel suspensus, vel præcisus, sit potius eligendus simplex. Et Catholicis quacumque censura innovatus sit præferendus hæretico. Et inter innovatos diversæ censuræ, quis præferendus sit? eod. n. 10. An si adit sacerdos ex privilegio petens ardeat ab absolvi, possit tunc absolvi quicumque confessorius? n. 11. Quæ sint censuræ, a quibus existens in mortis articulo absolvi potest, & an absolviendus sit, licet sui compos non sit? n. 12. An sit integrum intentio quacumque ordine extra sacerdotium, vel intra laico, absolvi tunc à censuris, deficiente sacerdote, & expedit curare, ut ille post mortem iterum absolviatur? n. 13. An confessor non adeste copiam superioris, quando infirmus nequit ipsum adire, nec accedere est confessor possit ipsum adire? n. 14. An si teneantur capere bullam, vel mittere ad superiorem procuratorem? eod. n. 14.

Quid si deficiente approbato capis simplex audire, vel deficiente superiore inferior, & postea hi contrant? n. 15. Quid si ager in ea confessione mentius est sacerdoti simplici, & absolutus, & supervenit approbatus? n. 16. Juramentum de parendo mandatis Ecclesiæ, an sit accipiendum in absolute hæresis, & quorundam reservatorum? n. 17. Quid si excommunicatus non satisfecerit? n. 18. A mulieribus, & pueris, an sit cogendum? n. 19. An sit idem de parendo mandatis Ecclesiæ, & mandatis excommunicantis, seu absolverentis? n. 20. An sit de parendo mandatis eius, cui reservata erat absolutio? numer. 21. Ad quid obliget hoc juramentum, & quid virtute eius imponendum sit? numer. 22. An sit potestatem juramentum de satisfecerit? n. 23. An sit imponendum, ut cessante impedimento absolvi se presertim superiori? n. 24. Quando concessio tempore commodum se presentandi? n. 25. An sit imponendum hoc onus cum juramento? numer. 26. An hoc presentatio sit, ut hic iterum absolvatur? n. 27. Qualiter non presentatio incidat in eam censuram, & an hoc posterior sit similiter reservata, & hoc non presentatio, teneatur ad id eius hærere? n. 28. An hoc onus sit imponendum, si id satisfecerit parti, aut eam eam concordavit, vel post absolutionem hærere extimatur ab hac obligatione? n. 29. An sit imponendum quando impedimentum est perpetuum, & teneatur ille miraculose evadens presentari? n. 30. Quid si confessor impotens hoc onus illi perpetuo imponit, & præter ipsum sanatus est, vel non impotens, quando teneatur? eod. numer. 30. An sit imponendum absolviendo virtute bullæ, aut jubilei, vel aliorum privilegii? n. 31. An absolutus cum hoc onere, possit accepta bulla, vel tempore jubilei, presentari se cuiuslibet confessori? n. 32. An satisfaciat bis se presertim per procuratorem? n. 33. Quid, si nullam cautionem præstare potest ager, quod loquatur, nisi nescit rationis amiserit? n. 34. An valeat absolutio articulo mortis, si confessor non potest juramentum avanti mandatis Ecclesiæ, aut satisfaciendi, aut se presentandi? n. 35. An extra mortis articulum possit absolvi ab hæresi, & aliis reservatis, impediatis adire Pontificem? Refertur quædam sententia, & Sententia Auctoris, numer. 37.

1 Circa articulum mortis, constat cuiuslibet sacerdoti competere tunc facultatem absolviendi ab omnibus peccatis, & censuris: ac sic nil speciale esse in hæresi crimine, ex multis decretis, 26. g. 6. c. De his, & sequent. Et novissime ex Trident. sess. 14. c. 7. de sacram. panis, attestante hanc fœverit fuisse generalem Ecclesiæ consuetudinem. Et quamvis aliqui Doctores stricte hunc mortis articulum intelligant, ut sumatur pro solo vero mortis articulo, qui tunc tamen contingit, quando mors est in fieri, & ita certa, & proxima, ut moraliter certa sit, & ferè inevitabilis. Sive id ex causa naturali proveniat, ut morbo: sive ex causa violenta: ut si quis morte plectendus sit. Ita Sotus 4. disp. 13. g. 2. art. 4. col. 4. versuel, Quærit autem, Capo par. 5. de panitent. Valent. 4. tom. disp. 7. §. 10. puncto 2. colum. 6. At versus est, quo ad hunc effectum sumi pro eodem articulo, & periculum mortis. Atque ita fit in articulo mortis potest quilibet sacerdos absolvi ab omnibus peccatis, & censuris: ita in periculo mortis. Ut ex multis textibus probant & tenent Suarez 2. it. in 3. p. disp. 26. sect. 4. n. 2. Molina tomo 4. de iustitia, disp. 63. n. 6. & multi alii, quos refert, & sequitur Zambrano de casibus articulo mortis, prælado 1. n. 7. Et ratio est, quia cum causa hujus concessionis fuerit necessitas penitentiæ, ne absque remedio in æternum pereat: jure optimo talis reputanda erit periculi mortis necessitas. Siquidem in ea jus divinum ad confessionem obligat, perinde ac in mortis articulo: & morale periculum ita in mali casu debet, ac eventus ipse: ac propterea exponens le morali lethali culpæ periculo peccat mortaliter. Hoc autem periculum tunc contingit, quando est probabile dubium de morte, & frequenter in eo casu evenire solet. Ut cum femina partu appropinquat, & experta est imminens ex partibus periculum vitæ: vel eius est complexionis, ut id periculum verisimiliter timeatur: vel eo anno solent communitur parientes periculatos. Item tempore gravis exortæ, vel navigationis periculose, ac confusus in bello, aut itineris prædioribus interficere solentibus expositi aggressi: aut cum quis in morbum periculofum incidit, qui maior ex parte mortem inferre solet. Ut optime docet Suarez d. sectione 4. num. 2. & latius multis citatis Zambrano d. prælado, 1. a numero primo usque ad quartum.

2 Atque idem dicendum est, si probable incendiandi in amentiam periculum adest. Ut bene ait Zambrano eo prælado 1. in fine. Tam quia cum quis factus mens confiteri nequeat, periculum amentię est quasi periculum mortis. Tum etiam quia in eo periculo divinum confessionis præceptum obligat. Ut optime ait Medina, c. de panitent. tractat. de confessione, quæ de tempore quo confiteri oportet, casu 1. ubi bene hoc ait, si yedementia sit perpetua, sive diuturna.

3 Duplici autem limitatione accipiendum est, æquiparari-

ri articulum, & periculum mortis. Prior est, cum mortis periculum prope est, & velit in fieri: focus quando diutius mortem differendam, & ferè certum, in quo tempore potest occurrere opportunas habentibus facultatem legitime absolviendi. Quod tunc cesset necessitas, quæ hujus concessionis causa fuit. Ita Covar. a. decr. 1. p. §. 11. nu. 8. in fine. Cordub. summus, questione 18. puncto 2. dicto 4. Zambrano d. prælado, 1. num. 8. Posterior est, ut morali necessitate cogente absolviendus in id periculum incidere debeat. Ut si necesse illi sit ex causa urgenti navigationem periculofam, aut prælium aggredi. Quando enim propria sponte aggreditur, non dicitur constitutus in mortis periculo, sed ipse yult se constituit. Ita Corduba ibidem.

4 Hinc non approbo, quod dicit Emmanuel Sæ Summa, verbo Absolutio numero 4. nempe, damnatos ad trirèmes esse in hoc periculo. Quia id periculum non est proximum. Et si aliquando contingat, sacerdos in trirémibus esse solet periculofum confessionem excepturus. Atque sæpe trirèmes ad portum accedunt, in quo sacerdotem est copia. Nec etiam approbo, quod ait Sylvest. verbo Absolutio 1. nu. §. 10. nimirum posse quicumque prægnantes abjolvi ab omnibus reservatis: utpote qui in morali mortis periculo constituti sunt. Quippe id non est verum, nisi quando difficiles partus solent habere. Ut cum alius explicat idem Sylvest. verbo Interdictum 5. g. 7. particula 4. Covar. c. Alma mater, 2. p. §. 3. num. 2. vel in eventu, quem n. 1. explicui.

5 In hoc ergo articulo, sive periculo mortis, potest quivis sacerdos quantumvis irregularis, degradatus, excommunicatus, hæreticus sit, cellante periculo perveriosius, absolvi ab omnibus peccatis, & censuris. Quod multis citatis tenent Zambrano contra alios, quos idem refert, de casibus articulo mortis, c. 4. dubio 4. num. 20.

6 Sed circa hæc prima difficultas est. An hæc concessio locum habeat, ut possit quisvis sacerdos fisci in hoc articulo, sive mortis periculo absolvi a quibusvis reservatis, etiam adit proprius sacerdos, seu alius confessorius approbatus, seu ipse superior, cui casus illi reservatur. Quidam affirmant. Ducunt autem, quia Tridentinum sess. 14. de Sacram. panitent. cap. 7. ad finem, absolvi, & indistincte dicit omnes sacerdos ea potestate gaudere in eo articulo. Ac proinde videtur omnibus illis parrem jurisdictionem pro eo articulo concedere. Ita docent Navar. lib. 5. consil. titul. de panitent. c. 7. Emmanuel Sæ Summa, verbo Absolutio, num. 4. Petrus de Ledsima de Sacram. absolutionis, cap. 14. post 1. conclusionem, diff. 2. Manuel 1. tomo Summe, 2. editio, cap. 59. conclus. 3. n. 5. in fine, & q. regular. tom. 1. g. 56. art. 4. in fine dicens hoc nec defendere viros doctissimi. Et addunt, ad Bullam Cræ. §. 9. n. 4. vers. A circa ad misso. Corradus in suis responsionibus, tomo 1. g. 12. vers. Respondetur in articulo mortis, Vega 1. tomo Summe, cap. 6. cas. 16. statim in principio. Et clarè videtur tenere Enriquez lib. 6. de panitent. cap. 11. n. 4. in commento, littera V. in fine, & n. 6. & cap. 12. num. 1. ad finem. Nec tantum loquuntur hi Doctores de peccatis reservatis, sed de tantum reservatis. Ita expressè Navar. Enrig. eo num. 6. Corradus, Manuel in addit. ad Bullam, Vega, Petrus de Ledsima, Emmanuel Sæ allegati. Et quamvis censuras non exprimerent, de illis essent necessario intelligendi. Quia casus Pontifici ratione centuræ reservatur. Et quia decretum Tridentini, qui innuuntur, de casibus articulo mortis, c. 4. dub. 4. num. 6. ait neminem tenere hanc sententiam de censuris, sed de peccatis.

7 Verum huic sententiæ minimè accessio, sed prædicta concessio cuiuslibet sacerdoti pro articulo mortis facta, intelligenda est, quando deest copia superioris potentis absolvi, & proprii sacerdotis, seu alterius sacerdotis expositi ad audiendas confessiones: secus si adit superior, cui reservatur: & si ipse ablit, debet quoque abesse sacerdos expositus, ut possit simplex. Ducor, quia Tridentinum, eo cap. 7. ait esse constitutum semper in Ecclesia, ut quilibet sacerdos in eo articulo absolvi possit. Quare jus novum non condidit, sed consuetudinem approbat. At eam consuetudinem solam obtinuit, ut quilibet sacerdos tunc absolviere possit, quando non est prædictus recursus. Ut constat ex Cone. Carthagin. 3. canone 32. & reteritur c. Presbyter, 26. g. 6. Extravag. inter cunctas, §. Incendiariv, de privileg. Extravag. 1. §. De carnis, de sentent. excomm. Item, quia Tridentinum dicit id esse indulgum ratione necessitatis, ne ager absque confessione decedat. Quæ in hoc casu cessat omnino. Tandem, quia c. Ter, qui de sentent. excomm. in 6. decidit, ut absolutio ratione imminenti necessitatis articuli mortis est censura reservata, teneatur cessante impedimento se presentare superiori, cui reservata erat. Si ergo cum potest, tenetur se superiori presentare, & ante absoluteionem eadē superior, non poterit ab inferiori abjovi. Et idèd hæc sententiam fulsent Rosella, Sylvest. Armil. Navar. Covar. Simanc. Cordub. Cathesimus Pii V. ad parochos, Grassi addition. ad consilium Navarr. Gaius, quos omnes refert, & loquitur latius probans, & dicens priorem sententiam esse improbabilem Zambrano de casibus articulo mortis, c. 4. dubio 4. nu. 3. & sequentibus. Et ultra ibi allegat tenent Sotus 4. d. 18. qu. 4. articulo 4. statim in principio, Suarez tomo 4. in 3. part. dispensatione 26. sectione 4. numero 4. & tomo 5. dispensatione 22. sectione 1. num. 62. Hugolinus de censuris, tabula 1. capit. 4. §. 5. numero 2. Barleolum, & Ledesima dubio 23. de consell. colum. 5. Valent. 4. tomo, dispensatione 7. questione 10. puncto 2. columna 6.

Molina referens sic declarasse Gregorium XIII. tomo 4. de iustitia, dispensatione 63. in 2. Azor. tom. 1. liber. 8. in fine, moralium, cap. 19. g. 5. Vivald. candelabro Sacram. in penultima editione, 1. part. ubi de absolute, n. 63. Ruitius Benzoni tractatus de fuga, lib. 1. disputat. 1. g. 6. immèdiate ante 2. conclusionem. Quare absolute aliter præstita in eo mortis articulo erit defectu jurisdictionis irrita. Ut bene ait Zambrano eo dubio 4. num. 12. in fine.

8 Idem autem est non adeste legitimum confessorium, & adeste, sed nolle, vel non posse audire confessionem existentem in eo articulo. Quia in utroque casu militat necessitas, ac omnium mente, & declaratione Cardinalium tradit eo dubio 4. num. 24. Qui etiam bene dicit numero 13. cum Enriquez libro 6. de panitent. cap. 11. num. 3. non debere sacerdotem simplicem nimis scrupulofum esse in hac re, sed in dubio, an oportu advenire sacerdos expositus, debere absolviere. Nec periculum infirmum exponat.

9 Sed an in casibus reservatis Pontifici, quando ratione articuli, vel periculi mortis, non est recursus ad Pontificem, sit adeundus Episcopus, si ejus copia adest, vel possit quicumque confessorius expositus absolviere, non constat. Quamvis enim Episcopus necessario adeundum existimat, quia quamvis jure ordinario non concedatur Episcopo hoc absoluteio: at in hac necessitate, in qua Pontificis non est copia, conceditur utique. Ut in percellione clerici Papæ reservata id decidit, c. de cetero 1. c. q. ea nescitur 13. de sententia excommunic. At eadem videtur ratio de aliis casibus Papæ reservatis. Et ita docent Cordubæ Sum. g. 18. puncto 2. dicto 1. Zambrano de casibus articulo mortis, c. 4. dubio 4. tum sit regularis, nec per sua religionis privilegia possit ab illo absolvi, & sit in mortis periculo, nec adit Pontificis copia, bene tamen Generalis ius religionis, vel Provincialis, hos posse absolviere, & non Prælatum inferiorum. Quod colligit ex Abbat. c. Monachis 2. c. 4. dubio 4. num. 14. ubi addit, si incidens in casum Pontifici reservatum sit regularis, nec per sua religionis privilegia possit ab illo absolvi, & sit in mortis periculo, nec adit Pontificis copia, bene tamen Generalis ius religionis, vel Provincialis, hos posse absolviere, & non Prælatum inferiorum. At melius Suarez, quarto tomo in 2. part. disputat. clerici, 3. nu. 4. ait specialiter esse cautum in percellutione clericis, ut in mortis articulo, si Pontifex adiri nequeat, tamen Episcopus, hic adeatur. Quare cum in aliis casibus id cautum non sit, ait in aliis non esse necessariam adire Episcopum. Idem etiam optime docet Molina 4. de iustitia, disp. 63. n. 2. Quia ob reservationem Pontifici factam nullum jus acquirit Episcopus: & in mortis articulo omnis reservatio cessat, quando ad reservatum non est recursus. Sunt scilicetis expositus. Atque Enriquez lib. 6. de panitent. c. 11. n. 3. in commento, littera D. tenet hoc idem in articulo mortis: quamvis in textu contrarium dicat in periculo. Sed nullam discriminis rationem invenio, & idèd in utroque idem dicendum est. Hoc tamen intelligitur, quando casus Pontifici reservatus non esset occurrens, quando casus Pontifici reservatus non esset occurrens. Si enim occultus esset, cum jure ordinario possit Episcopus ab illo absolvi virtute Tridentini. Ut in toto capite nundino explicui, & esse Episcopum adeundus: si ad illum esset recursus, utpote ille, cui est reservatus casus. Atque ita bene Molina ait id intelligi, quando Episcopus nequit extra eum articulum absolviere.

10 Non tamen poterit simplex sacerdos absolviere à reservatis, si adit parochus, vel alius sacerdos expositus ab Episcopo ad audiendas confessiones. Quia cessat necessitas, & approbatus ad audiendas confessiones est absoluteio, & simpliciter confessorius ab Ecclesia dignatus, licet impedidus sit quo ad reservata. Ergo illi potius est facienda confessio, quam simplici sacerdoti, qui confessorius approbatus ab Ecclesia minimè est. Et similiter dicendum est, non posse simplicem sacerdotem, si adit sacerdos, qui in alia diocesi parochus, aut approbatus ad audiendas confessiones sit, non tamen in illa. Quia etiam hic respectu hujus diocesis sit simplex sacerdos: at esse alicui approbatus. Atque proinde potius jus habet, quam sacerdos omnino simplex nullibi approbatus. Et ita utrumque docent Suarez, tomo 4. in 3. p. disp. 26. sectione 4. n. 4. Zambrano de casibus articulo mortis, in c. 4. dub. 4. n. 16. Si autem adit sacerdos excommunicatus vitandus, seu suspensus, aut præcisus, non possit absolviere, si adit simplex sacerdos. Quia illis interdidum est hoc ministerium, nisi in casu extrema necessitatis, que tunc non occurrit, eo quod adest simplex sacerdos ius impedimenti non affectus. Adde, illos sacerdotes ius impedimenti affectos, & vitandos, carere jurisdictione, quam audiendi confessiones prius habebant, & sic jam esse sacerdotum simplices, & ex alia parte ratione censuræ non toleratæ interdidum est illis hoc ministerium. Ergo præterendum est sacerdos simplex, qui hoc hoc ministerium. Ergo præterendum est Suarez, ibidem. Quod si adit sacerdos catholicus, quocumque impedimento affectus, est præterendum catholicis, vel schismatico. Et inter catholicos irregularis est præterendum excommunicato vitando. Quia tunc cum excommunicato non potest participari. Atque suspensus, vel interdidum est præterendum irregulari. Quia illa sunt minora impedimenta. Ut universi hi sacerdotibus catholicis etiam excommunicati vitandi sunt antecedenti de gradato. Quod hic maximo impedimento laboret. Hac Zambrano eodè dubio 4. num. 22.

11 Sed quid, si adit sacerdos habens privilegium abfol-

solvendi a reservatis? Suarez, a. 2. mo, in 3. par. disp. 30. se-  
ctione 3. nem. 5. & Enriquez, lib. 6. de penitent, cap. 10. num. 1. in  
commento, litera D. ajunt non necessario hunc pretere-  
ndum sacerdoti exposito. Quod in eo articulo omnis re-  
servatio cessat. Atque illud est veluti privilegium, quod nul-  
lus sequi tenetur. At contrarium est, cum deo, summa  
Latina, cap. 27. n. 90. versis. Ad quartam: & Hise, c. 28.  
Latina, cap. 27. n. 90. versis. Ad quartam: & Hise, c. 28.  
ad additione ad n. 80. c. 27. versis. Et Cordula  
summa, quest. 18. par. 2. n. 1. Non quia hic tenetur ut  
privilegio alterius, sed quia tunc nullum reservari pecca-  
tum, non est absoluit, sed ratione necessitatis. Quae pre-  
sente sacerdote potest esse privilegio absolvere cesat. At-  
que in simili casu idem probavi lib. 2. de matrimonio disputat.  
40. num. 8.

12. Censura autem, a quibus quilibet sacerdos in arti-  
culo mortis potest absolvi, juxta Trident. sess. 14. cap. 7.  
de penit. sunt ea: solumque, quae sacramentis ab agro recipien-  
tis, & Ecclesiastica sepultura obstant. Quales sunt excom-  
municatio, interdictionum peritoneale, suspensio a sacramen-  
torum praedictorum receptione, & Ecclesiastica sepultura.  
Non autem irregularitas, suspensio ab ordine, officio, vel  
beneficio. Quia licet non liceat resilingat Tridentinum, at rati-  
o ab iplo reddita ibi, Ne ac occasione aliquis pereat, aperte  
designat quae limitanda. Ita optime docet Zambrano di-  
citur capite quarto, dicit. 4. n. 17. Quamvis minus bene, Hu-  
gelinus de censuris Papa referentis 3. par. c. 2. verbo, Nisi in  
mensis articulo, §. 2. num. 1. versis. Quae regula, sit posse tunc  
quemlibet sacerdotem ab omnibus censuris absolvi. Quae  
si ager defectu sane mentis absolvi a peccatis non potest,  
debet a praedictis censuris absolvi, ut reliqua sacramenta  
recipere possit, ac in loco sacro sepeli. Ita Navarr. summa  
capit. 27. n. 270. versis. 6. Angustinus ad idem §. secundo, n. 2. versis.  
Et de censuris, tabula prima, capite 4. §. ult. num. 4. & §. 5.  
Zambrano eodem dubio 4. n. decimo octavo, Suarez tenuo quinto, in  
tertia parte, disputatione septima, sectione 7. n. 6.

13. Quod si sacerdos non addit: est multo probabilis exis-  
tentium nullum alium posse ab excommunicatione absolvi  
eo articulo. Quod tenent multi, quos refert, ac sequitur  
Suarez optime id probans eadem sectione 7. n. 6. & duplici  
sequenti. Et Molina tomo 4. insinuat. disp. 63. n. 3. & loquens de so-  
lacio, Avila de censuris, secunda parte, c. 7. disp. 1. dubio tertio,  
& Enriquez lib. 13. de excommunic. capite 27. n. 4. Quia tamen  
multi non poenitentis auctores, quos refert, & sequitur  
Enriquez libro 6. de penitent. cap. 9. n. 3. in text. & in commento,  
litteris T, U. dicunt posse etiam quemcumque clericum ulti-  
mae consuetudine, deficientes sacerdotem, & maxime si vicarius  
Episcopii, licet mortuus non sit eius subditus, deberet utique  
absolvi, congruans se cum opinione probabilis, ab his  
censuris. Quia ea absolutio obesse nequit: & proderit, ut  
ista tuta conscientia sepeli in Ecclesia valeat: possintque pro  
eofferi sacrificia: sequendo opinionem probabilem dicen-  
tem valere absolutionem. Nec tamen placet, quod dicit,  
Enriquez eodem capite, non, n. 3. professe eam absolutionem,  
ut post mortem possit ille a quovis sacerdote ab his censuris  
absolvi. Cum tamen alias non possit, si esset excommuni-  
cacio reservata, sed a solo superiori, cui reservata erat, est  
ea absolutio impetranda. c. A nobis 28. §. ut autem, de sentent.  
excommunic. Non (iniquam) placet. Quia si valuit absolu-  
tio, nulla amplius est necessaria. Si non valet, ea nullum  
jus absolvendi sacerdoti praebet. Quia dicit, cap. A nobis, id  
non concedit sacerdotem etiam in eo dubio. Imo & deficientem  
clericum, eadem ratione debere absolvi a praedicta ex-  
communicatione. Quos refert Suarez in sectione septima, nu-  
m. 4. & ultra illos id docent D. Antonius, 3. p. tit. 17. c. 1. casus sept.  
Ledesma 2. p. 4. quest. 26. art. 1. versis. Sed haebaribus, Margarita  
confess. fol. 139. paritolum, a Ledesma de sacramento, ubi de excomm.  
Aut. 14. atque id esse probable docet Avila eadem disputatione  
prima, aut. 3. Ducuntur optima ratione congruenti. Cum  
ergo ea opinio non sit probabilitate delituta, potest ac de-  
bere amplecti in casu tante necessitatis. Ut eam sequendo pos-  
sit ille in loco sacro sepeli: & ut pro eo sacrificia offerantur.  
Quoties tamen absolutio a sacerdote obtenta non est,  
expedit valde, ut post mortem obtineatur ab eo, cui excom-  
municatio reservata erat. Quia si opinio asserens posse non  
sacerdotem, vera non sit, nec ille absolvens habeat jurisdic-  
tionem ratione communis erroris, juxta l. Barbarius ff. de  
offic. prator, qui existimat probabiliter illum non sacerdotem  
absolvi posse: carebit valore absolutio: ac proinde non  
proderit lustraria publica Ecclesiae absolutio.

14. Secunda difficultas est. Quando censendum sit non  
adesse copiam superioris, ut possit sacerdos inferiori absolvi  
re servatis in articulo, seu periculo mortis? Zambrano  
de casibus articuli mortis, capite 4. dub. 4. n. 15. & dicit, 6. n. 4.  
supponit non dici deesse superioris copiam, quando est  
illius illam adire, nec accedere possit, potest confessor  
infirmum adire, nec accedere facultatem. Atque ita ait agrum in  
eo periculo constitutum, qui praesentem superiorem habere  
nequit, debere per litteras, aut confessorium, aut alium  
petere a superiori facultatem, ut ab eo reservat absolvatur:  
nisi periculum in mora sit, ut debere accipere Bullam Cru-  
ciatam. Sed neutrum aliqua ratione, aut auctoritate probat.  
Et idem senso vero dici non esse copiam, quando nec con-  
stituitur in eo periculo potest personale inferiorem adire:  
nec cum commode accedere, Quia aut non veniet, aut ma-

gna nota erit. Et ita optime docet Enriquez lib. 6. de penitent.  
c. 9. num. ult. in comment. litera O, & c. 11. n. 4. Quod satis si-  
gnificat Cordula summa, 9. 18. par. 2. statim in principio, ubi defec-  
tam superioris his verbis explicat. Quando non potest in quibus le  
prelo absolvi. Et paup inferiori, si bene amens non se potest  
aliqua via deabsolvere. Et Valentia 4. tomo, disput. c. 10. par.  
2. columna 6. ubi sic explicat Quando non adesse obligat legitimum  
confessorium. Et Azar, tomo 1. lib. 8. institutionum moralium, capi-  
tu decimo nono, quest. 5. Cum Episcopos, & Inquisitores, qui possunt  
ab haeresi absolvi, praesentes non sunt. Quia jus non obligat pe-  
nitentem, ut se per tertiam personam superiori absolutum  
praesentet, sed per se ipsum. Et quando per se ipsum nequit,  
judicat illum legitime impedimentum. Constat ex c. Quamvis,  
58. de sentent. excomm. ibi: Sive quolibet impedimento canonico re-  
trahatur, quo minus Romanus Pontifex possit adire. Et eodem  
modo explicatur, c. de cetero 11. & c. quod de his 26. eodem tit. Et  
ideo merito Doctores asserunt dici legitime impedimentum, qui  
personaliter superiorem adire nequit, nisi procuratorem  
mittere valeat. Hi sunt Navarr. summa Lat. cap. 27. n. 90.  
versis. Ad 5. Hispana, cap. 28. addit. ad n. 56. cap. 27. versis. A  
la quinta, Enriquez l. 6. de penit. cap. 9. num. 7. & lib. 13. de ex-  
comm. c. 29. num. 3. Hugolinus de censuris Pontificis referentis 3. p.  
c. 2. verb. Nisi in mortis articulo, §. 4. num. 1. vers. Item ha-  
bet locum, & de censuris, tabula 1. c. 4. §. 5. num. 13. Praeterea,  
Sayo thesauri casuum, tom. 1. lib. 2. c. 16. n. 13. Praeterea,  
quia hoc onus adcedi superioris ad obtinendam absolutionem,  
non est gravamen confessoris, sed ipsius poenitentis in  
su delicti poenam. Dum ergo poenitens nequit superiorem  
adire, vel cum accedere: dicitur verè impeditus, &  
carere superioris copia. Et nihil tamen placet, ut per litem  
eam facultatem petat. Quia exponeret se periculo sui  
criminos detegendi: si vel litteras amitteretur, vel ab alio  
aperiretur; Atque ob id periculum Doctores non obligant  
ad peccata scribenda, ne memoria excidant: nec ad faten-  
dum in scriptis, quando voce nequit confessio fieri. Nec  
tandem placet tunc poenitentem accipere Bullam. Quod  
non tenetur quare privilegium proprium, sed possit ordi-  
nario jure beneficio uti.

15. Tertia difficultas est. An sit deficientem sacerdotem ap-  
probato, simplex confessionem constituit in articulo, aut  
periculo mortis, adire cepit: vel inferior approbatus de-  
fectu superioris, cui casus relevatur: & ante absolutio-  
nem adit legitimum confessorium, vel superior, possit prior  
confessionem ceptam perficere? Respondeo posse. Quia  
veram habet jurisdictionem, quando alio deficientem cepit  
audire. Nec ejus adventu exspirat. Quia res non est integra,  
sed confessio cepta. Quippe iure cautum est jurisdictionem  
delegatam, quae morte delegantis omnino cessat, minime  
cessare re non integra, quia ea uti ceptum est, c. velatum 19.  
& c. gratum 20. de offic. delegat. Et quamvis textus de ju-  
ridictione in foro externo loquatur, at idem merito di-  
cunt de jurisdictione foro interni, ac proinde non cessare  
jurisdictionem confessoris, quo ad confessiones ceptas, Pa-  
lud. 4. disp. 17. questione 4. ar. 3. conclus. 7. num. 35. D.  
Anton. 3. p. tit. 17. c. 9. in fine, Margarita confessorum, quest.  
moralibus, fol. 113. versis. Sciendum quod, Et Petrus de Le-  
desma in summa sacrae, ubi de penit. cap. 12. post 5. conclu-  
sionem, inter dubia, quae movent circa licentiam audienti confes-  
siones ab Episcopis concessis, dubio 2. fol. 59. merito ait esse  
valde probable habentem licentiam audienti confessiones  
ad tempus, posse eo transacto prosecui confessionem antea  
ceptam. Necdum in nostro casu in quo nullo iure cavetur fu-  
cultatem confessoris in praedicto casu esse, donec veniat con-  
fessorius legitimus, Sed absoluta est facultas, cum deficit  
copia legitimi confessoris. Atque esse gravissimum constitu-  
ti in eo articulo onus, ipsum cogere, ut confessionem legi-  
timit ceptam repetat, cum vix possit nisi fieri. Et ideo  
hanc partem sustinet Enriquez lib. 13. de penit. cap. 17.  
numero 8. Et dicit esse satis probable Zambrano de casibus  
articuli mortis, cap. 4. dubio 5. numero 4. Qui tamen hoc  
limitat, dummodo post absolutionem impendat ab hoc,  
consecratur aliquod veniale legitimo confessoris, qui super-  
venit, cum novo dolore, ut ab eo demum absolvatur. Dicitur,  
quia in eo eventu articuli mortis tenetur quispium  
tutam eligere partem. Non est autem tuta prior absolutio.  
Quia ipsemet n. 5. sentit esse satis probable cessare jurisdic-  
tionem illius simplicis sacerdotis, quando legitimus confes-  
sarius advenit. Sicut Petrus de Ledesma proxime allegatus ait  
esse satis probable licentiam ad tempus concessam audien-  
ti confessiones expirare etiam quando ad confessiones ceptas eo  
transacto. Ad existimo non esse necessarium, ut aliquo mo-  
do fateatur confessor supervenienti. Tum quia omnes fa-  
tentur aliqua venialia simul cum mortalibus. Ac proinde  
respectu venialium est omnino tuta, & certa absolutio sim-  
plicis sacerdotis, & mortalia deficientem jurisdictionem ad illa  
remittentur indirectè. ( Ut probavi lib. praecedenti capite no-  
no, num. 25. ) Tum etiam, quia existimo certam esse ju-  
ridictionem simplicis sacerdotis in hoc casu. Et est valde  
diversus propositus a Petro de Ledesma. Non enim sacerdoti  
simplici in articulo mortis conceditur jurisdictione ad tempus,  
donec veniat legitimus confessorius, sed absolutè jura omnia  
eam concedunt, quando non fuit copia expositi. Atque  
concesso aliter facta esset valde aliena a ratione, & Eccle-  
siae pietate. Quippe obligaret in tantis angustiis constitu-  
to ad bis fatendum; & sacerdoti cujus jurisdictione dubia  
est,

& a futuro eventu pendens. Si tamen ille casum ratione  
excommunicationis reservatum haberet, & ante absolutio-  
nem supervenit superior, cui excommunicatio erat reser-  
vata, non posset sacerdos, qui confessionem audire cepit,  
sive simplex, sive expositus sit, absolvi ab illa excommuni-  
cacione. Sed id a superiori superveniente praestandum est:  
& deinde sacerdos ille, quicumque sit, posset a peccatis  
absolvitur. Ratio est. Quia confessorius tenetur illi poeni-  
tenti id onus iniungere, ut quamprimum commode possit  
se legitime superiori praesentet. ( Ut numero viginti primo  
dicemus. ) Atque ideo absolutio illa excommunicationis,  
nulla alia ratione conceditur, nisi quia tempore, quo pra-  
standa est, abest superior. Cum ergo tunc adit, & commo-  
de possit poenitens se illi praesentare, tenetur utique. Ne-  
que hoc est gravamen aliquod poenitentis, cum non cogatur  
peccata repetere, nec confiteri habenti jurisdictionem  
incertam ad absolvendum a peccatis, & ex futuro eventu  
pendentem. Siquidem in hoc casu concedimus posse confes-  
sorem illum a peccatis absolvi. Et tantum cogimus, ut  
superiori praesentem cum excommunicationem declaret. Ad  
quod tenetur ipse poenitens, etiam post absolutionem superior  
veniret. Ut pote qui cum eo onere solus absolvi poterat.  
Quod si superior ille nollet absolvi ab excommunicatione,  
nisi integra sibi confessio repetetur: existimo posse  
priorem sacerdotem absolvi. Quia superior ille Pontifi-  
ca inferior non posset jurisdictionem perniciam confes-  
sionis in eo articulo ceptae concessam cullebet sacerdoti revo-  
care, aut limitare. Et iam poenitens obligationi suae se  
praesentandi superiori satisfecit. Et si alud diceremus, in-  
cidendum esset in absurdum proxime illatum, nempe, in  
jurisdictione illa confessoris, qui confessionem cepit, elset  
incerta, & pendens ex futuro eventu, nimirum, ex volun-  
tate superioris supervenientis. Fateandum tamen est cum  
Zambrano eo dubio 5. num. 2. si iam simplex sacerdos in eo  
articulo a peccatis absolvetur, non posse eum superveni-  
ente legitimo confessore audire peccata obliata: vel quae ger-  
non potest fieri tunc, vel exilium tunc est eum non posse  
, & sic a reliquis absolutus est. Sed ea legitimo confes-  
sario supervenienti aperienda sunt. Quia est nova confessio,  
& a priori independens. Ut bene docet Suarez, 4. tom. in 3.  
p. disp. 23. sect. 1. num. 2. in fine.

16. Quod si poenitens in eo articulo sacerdoti simplicij men-  
titus est in ea confessione, & ita invalide absolutus, & lu-  
pervenit legitimum confessorius: adhuc existimo posse cum  
delecto illo mendacio a sacerdote illo simplicij iterum absol-  
vum. Quia si re vera habet jurisdictionem ad priorem illam  
confessionem, & dum absolute iterum ad priorem illam  
confessionem facit. Idem enim est actum non fieri, & non vali-  
de. Sicut licentia a parcho obtona assilendi alicui ma-  
trimonio, non finitur eo matrimonio irrito existente. Ad quod  
confertur multa adducta per Araquelium, l. Boves, §. hoc ser-  
vone, limitatio 1. n. 1. c. sequenti, ff. de verbos. signif.  
ubi laet ex multis probat concessionem simpliciter prolatom  
non finire primo actu irritum. Et limitatio 2. n. 1. ubi est  
ex multis probat potestatem delegatam non extingui primo  
actu, quando delegatus inutiliter abique sua culpa per erro-  
rem pronuntiavit.

17. Quarta difficultas est. Qualem cautionem praestare de-  
beat absolvendus in mortis articulo ab haeresi, sive quovis  
alio reservato? Et quidem in Bulla Cenez in ultima clausu-  
la reservationis, praecipitur, ut absolvendus tunc a casibus Bul-  
lae Cenez duplicem cautionem praestare teneatur. Altera est  
de stando mandatis Ecclesiae, altera vero de satisfaciendo.  
Et cauto de stando mandatis Ecclesiae est iuramentum. Quod  
idem iuramentum absolvendus a quibusdam aliis excommuni-  
cationibus praestare habebat cap. ex tenore 10. & c. de cetero  
11. de sentent. excomm. Et quamvis Hugolinus summa, titul. de  
sentent. excomm. numero 14. dicat in omni excommunicationis  
absolutione exigendum esse. Et est contra Molina lib. 2.  
summa cap. 12. dicat in sola excommunicatione percussio-  
nis Cardinalium, & Episcoporum, & similium perlonarum;  
neuter intentum probat. Et ideo dicendum est in sola ex-  
communicatione ob magna crimina exigendum esse. Quippe  
ex jure nil aliud colligi potest. Dum enim id petit, loquitur  
de incendiariis, & manifestis clericorum percussoribus,  
Et ita docent Cuius, summa, verb. Absolutio, cap. penultimo,  
D. Anton. 3. par. titul. 24. cap. ultimo §. 1. Sylvest. verbo Ab-  
solutio 3. §. 3. Suarez 5. tom. in 3. p. disp. 19. sect. 2. num. 10.  
Et multi alii.

18. Hoc etiam iuramentum exigendum est, etiam ex-  
communicatis jam parti satisfecerit. Ut bene docet Covarr. c.  
Alma mater 1. par. §. 11. num. 11. Quia exigitur, ut eius  
timore excommunicatio nulla crimina caveat. Ut constat  
ex c. 1. cum desistitis 15. §. Secunda juncti glossa verbo Ad  
cautelam, & sent. excomm.

19. Et a mulieribus indubitatur exigendum est. Ut tra-  
ditur D. Antonius, & Sylvest. num. 17. allegatis. Qui bene  
addunt arbitrio Episcopii relinquij, an à pueris sit exigen-  
dum: ut penes, an eo rationis usu gaudeant, ut iuramen-  
tum assestent. Et quando alius absolvit, relinquunt arbitrio  
ipsius absolutionis. Ut bene docet Tabiena verbo Abso-  
lutio 3. in principio. Et ab impuberibus delinquentibus, qui  
etiam polt subvertentem petunt absolutionem, non solet exigen-  
di. Ut docet Suarez dicens esse communem sententiam in the-  
sauro casuum, tomo 1. libro 2. capite decimo octavo, numero tertio.

20. Quaedam autem iura dicunt hoc iuramentum debere  
esse de parendo mandatis Ecclesiae. Quaedam vero de paren-  
do mandatis iudicis. Sed utrumque, item esse, bene notat  
glossa c. Ex tenore 10. verbo Debeat, de sent. excomm. & c. si  
qui, verbo Confessio 7. quest. 1. Hysius, & Syb. num. 17.  
allegati. Et hinc est, ut quidam Doctores bene dicant existi-  
endum esse iuramentum parendi mandatis Ecclesiae vel iun-  
gendum esse iuramentum debere confessorum iniungere illi, ut in-  
columis evaserit, praesentet se ei, ejusque mandato obediat.  
At hoc minus verum est. Quia onus se praesentandi tali su-  
periori est iniungendum in omni excommunicatione reserva-  
ta. ( Ut numero vigesimo quarto dicemus. ) At hoc iuramen-  
tum parendi mandatis Ecclesiae petatur in folis magnis cri-  
minibus. ( Ut num. decimo septimo diximus. )

21. Hinc deducitur, minus bene Hugolinum de censuris,  
tab. 1. cap. 19. §. 5. num. 2. de censuris Papa referent. 3. par.  
cap. 2. verb. Nec etiam tunc, in principio, num. 3. asserere hoc  
iuramentum esse de parendo mandatis ejus, cui extra mor-  
tis articulum erat reservata absolutio. Et ideo ait virtute  
hujus iuramenti debere confessorum iniungere illi, ut in-  
columis evaserit, praesentet se ei, ejusque mandato obediat.  
At hoc minus verum est. Quia onus se praesentandi tali su-  
periori est iniungendum in omni excommunicatione reserva-  
ta. ( Ut numero vigesimo quarto dicemus. ) At hoc iuramen-  
tum parendi mandatis Ecclesiae petatur in folis magnis cri-  
minibus. ( Ut num. decimo septimo diximus. )

22. Nec vi hujus iuramenti contrahitur nova obligatio ser-  
vandi quemcumque Ecclesiae praepeta: sed illud solum,  
quod absolvens iniunxerit. Nec absolvens potest quodcumque  
injungere, sed id tantum, ne iterum illud crimen pat-  
ret, ob quod in praedictam excommunicationem incidere  
potest. Expressè habetur, ex tenore 10. de sentent. excomm. Et tra-  
ditur glossa ibi verbo Debeat, Navar. c. 1. in princip. num. 54.  
de penitent. d. 6. Sylv. verbo Absolutio 3. §. 4. Suarez 5. tom. in  
3. p. disp. 19. sect. 2. num. 10.

23. Secunda cautio exigenda ab absolvendo in articulo  
mortis ab haeresi, & reliquis casibus Bullae Cenez est detestis-  
faciend. Cuius cautionis nomine intelligitur pignoratitia, aut  
si haec praestari nequit, fidejussoria; aut si nec haec, ju-  
ratoria. Idque prudentis arbitrio relinquendum. Ut bene  
est Cuius, & Navar. tradit Suarez 5. tom. in 3. par. disp.  
par. 21. sectione 3. n. 1. At in casu haeresis cum nulla satis-  
factio pecuniaria exhibenda sit, non exigitur fidejussor, aut  
pignus. Sed solum satisfaciendum iuramentum, & hoc quan-  
do ex iustitia debetur aliqua satisfactio. Ut si haereticus  
aliquis deceperit, dicens doctrinam haereticam esse veram:  
tenetur enim illis fraudem detegere. Ut traditur com-  
muniter in tractatu de restructurae. Quare haec cautio ne-  
cessaria non est, si iam haereticus satisfecit. Vel si num-  
quam poterit, quia decepti absent, & haereticus ducitur ad  
mortis supplicium. Vel si iam aliunde fraus detecta fit  
deceptis. Quod si commode potest ante absolutionem satis-  
facere, debet ea satisfactio praemitti, ne absolvens peccet.  
Ut generaliter loquendo de hac cautione tradit Suarez. ead-  
dem sectione 3. numero secundo.

24. Tandem absolvendo ratione articuli mortis, aut  
cujusvis impedimenti a quacunque excommunicatione,  
sive juris, sive hominis, reservata, sive Pontifici, sive cui-  
cumque inferiori, tenetur confessorius iniungere, ut ceisan-  
te morbo, vel eo impedimento, se praesentet superiori,  
qui extra eum casum de jure poterat illum absolvi. Quod  
non se praesentari, quam commode poterit, reincident in  
eadem excommunicationem. Ut expressè habetur c.  
Eos qui 22. de sentent. excomm. in text. Quando autem casus  
reservatus non est adnexa excommunicatione, id onus im-  
ponendum non est. Quia directa fuit absolutio, & nullo  
modo poterit id onus imponi. Et ita docet Cordula summa  
questione 18. puncto 2. dict. 2. Suarez 4. tomo, in 3. par. disp.  
par. 20. sectione 3. num. 6. Et multi alii, quos refert, & se-  
quitur Zambrano de casibus articuli mortis, c. 4. dub. 4. n. 21.

25. Atque hoc tempus commodum esse praesentandi, ne  
in censuram reincidentur, est, dum cessat impedimentum  
aliquo tempore modico indulto, ut se praesentatur valeat  
sibi necessaria providere. Quod modicum tempus taxan-  
dam est prudentis arbitrio, habita consideratione personarum,  
temporis, & loci. Ut bene tradunt D. Anton. 3. p. titul. 24.  
cap. 47. Sylvest. verbo Excommunicatio 8. §. 5. Nav. summa His-  
pana, cap. 27. num. 113. Sayo in thesauro casuum, tomo 1. libro  
3. cap. 28. in fine. Quod benignè interpretandum docent D.  
Anton. Sylvest. & Sayo ibi, ita ut fat sit non adesse negli-  
gentiam, & fraudem.

26. Et hoc se praesentandi onus est sub iuramento impon-  
endum: Quamvis enim c. Eos qui 22. de sent. excomm.  
in 6. hujus iuramenti mentio non fiat: at sic c. ex officio  
§. si verò, & c. quamvis 58. in fine, de sent. excomm. & ex c.  
Quamvis 58. eodem tit. & tradunt glossa in d. c. 11. verbo Suscep-  
tus, Abb. n. ultim. Enriquez, lib. 6. de penit. c. 6. n. 6. Suarez 4. t.  
in 3. p. disp. 30. sect. 3. n. 6. & 5. disp. 22. sect. 1. n. 62. & multi alii.  
27. Hae autem praesentatio non est, ut iterum si ab  
excommunicatione absolvatur. Quia plene ab illa absolutus  
est. Sed ut superior convenienter medicinam adhibeat, satis-  
factionemque imponat, si imponendum iudicaverit. Et ita ex-  
pressè colligitur ex c. de cetero 11. de sentent. excomm. & ex c.  
Quamvis 58. eodem tit. & tradunt glossa in d. c. 11. verbo Suscep-  
tus, Abb. n. ultim. Enriquez, lib. 6. de penit. c. 6. n. 6. Suarez 4. t.  
in 3. p. disp. 30. sect. 3. n. 6. & 5. disp. 22. sect. 1. n. 62. & multi alii.

28 Hinc deducitur intellectus ad c. Eos qui 22. de sent. excomm. in 6. dum decidit hunc reincidente in eadem censuram...

29 Secundum deducitur non admittendam limitationem, quam tradunt Navarrus summa Latina, cap. 26. num. 26. & Enriquez libro 13. de excommunicato. cap. 29. num. 3.

30 Non est tamen hoc onus imponendum habenti impedimentum perpetuum, cuius cessatio expectari nequit. Constat ex c. Quamvis 58. de sentent. excommuni. ubi declaratur hoc onus imponendum patienti impedimentum temporale.

31 Nec similiter imponendum est hoc onus, quando aliquis sanus, aut in mortis articulo absolvitur a reservatis virtute bullae, aut jubilaei, aut alterius privilegii concedentis eam absolutionem.

32 Imo, qui carens bulla cruciata absolvitur a reservatis, cum praedicto se praesentandi onere, potest accepta bulla, aut tempore jubilaei concedentis eius casus absolutionem, praesentare se confessori, ut iterum abique eo onere absolvetur.

33 Sed an obligatus ad se praesentandum cessante impedimento satisfiat, se per procuratorem praesentans? Afirmant quidam. Quia hic dicitur se praesentare c. Episcopus...

34 Demum duo observanda sunt. Alterum est, quando constitutus in mortis articulo nullam cautionem praestare valet, quod jam loquela, aut usu rationis defuit...

35 Alterum est. Quamvis confessorius non imponat praedictum se praesentandi onus, valere absolutionem in articulo, seu periculo mortis praestitam. Quod Ecclesia nolit...

36 Ultima difficultas est. An potestas absolvendi haereticum in articulo mortis, extendenda sit, ut possit quoque absolvi, quando alia ratione impeditur, ne Pontificem adire valeat.

37 Hinc deducitur intellectus ad c. Eos qui 22. de sent. excomm. in 6. dum decidit hunc reincidente in eadem censuram...

38 Hinc deducitur intellectus ad c. Eos qui 22. de sent. excomm. in 6. dum decidit hunc reincidente in eadem censuram...

casus huius impedimenti. Sicut contingit in reliquis excommunicationibus Papae reservatis: in quibus solus mortis articulus excipit contineat.

37 Verum et in omnibus aliis excommunicationibus praedictam sententiam probabilior esse censetur: at in casu haereticum non admitto. Tum quia nec in aliis ea doctrina est certa: textus enim id indulgentes de sola clerici percussione loquuntur.

De qua relate egimus toto cap. 11.

CAPUT XIV.

De secunda haereticorum poena, quae est confiscatio bonorum: an sub ea claudantur bona futura, ac sub conditione debita: haereditas delata, nondum adita, possitque illi in fisci praedictum renuntiari?

SUMMARIUM.

- Bona haereticorum a qua die publicentur? num. 1. An sub mobiliis, & immobilibus, aut absoluta confiscatione veniant actiones? nu. 2. Publicentur bona mobilia, immobilia, & se moventia, iura, & actiones, & iura sepulchrorum haereticorum, num. 3. An fiscus sit proprie haeres, an universalis successor damnati? num. 4. An non transfusa in haeres extraneas, nec in fiscum transierit, & contra? num. 5. Jura personalia damnati non transeunt in fiscum, & qua sunt illa? num. 6. Quae quaestiones disputanda sint? num. 7. Bona futura, an comprehendantur in confiscatione? nu. 8. An intelligantur futura, quae post sententiam acquiruntur: an prius acquisita a tempore commissi delicti? Resertur sententia, num. 9. Explicatur sententia Auctoris, & solvuntur contraria, num. 10. Quid in dubio, an haeres perseveret? num. 11. An non solum durante haeresi, sed etiam post eius penitentiam sint bona publicanda? nu. 12. Post bona, 12. invenies alia summaria.

Secunda haereticorum poena est, ut omnia haereticorum bona fisco adjudicentur ipso iure. Constat ex cap. Cum secundum leges 19. de haereticis in 6. ubi: Bona haereticorum ipso iure, de fratrum nostrorum consilio decernimus confiscata.

In hac ergo confiscationis materia sunt praemittenda tria fundamenta, ut inde ad quaestiones discutendas accedamus. Primum est. Confiscatis bonis mobilibus, & immobilibus condemnatis, non veniunt actiones ipsi competentes.

Hinc deducitur sub bonorum haeretici publicatione claudi bona mobilia, immobilia, se moventia, iura, & actiones, & jura sepulchrorum. Quod indidit sit c. Cum secundum leges 19. de haer. in 6. absoluta bonorum haeretici publicatio: omnia autem haec sunt alicujus bona.

Secundum fundamentum est. Fiscus in alicujus bona succedens non est proprie haeres, nec condemnati personam repraesentat, sed habetur loco haeredis in quibusdam casibus specialiter dispositis.

Ultimum fundamentum est. Quae ad haereses extraneas non transeunt, nequeunt in fiscum transire. Quia si in eos qui verè, & proprie haereses sunt, nequeunt transire, & fortiori nequeunt in fiscum, utpote qui non proprie haeres est.

Hinc deducitur personalia condemnati jura non transire in fiscum. Quod non egrediatur personam. Et idèo jus eligendi in alicujus personam collatum, & jus revocandi liberti in servitutem, jus revocandae donationis inter vivos ad donantis voluntatem, ex pacto competens, aut ob donatarii ingratitudinem, contractus qui contrahentium morte dissolvuntur, nec inter vivos protendi ad alios possunt, ut compromissum, societates bonorum, non transeunt in fiscum.

Hic ergo praemissis triplex in praesenti est quaestio agitanda. Prima est, an in generali bonorum confiscatione comprehendantur bona futura. Secunda, an comprehendantur bona sub conditione reus debita. Ultima, an haereditas...